

cti, hunc Christum esse illum ipsum promissum Messiam, teste Nicodemo Phariseorum principe Joh. 3. 2. nihilominus tamen doctrinam ejus blasphemo ore prosciudere, imò furenter ad mortem usque persequi: miracula verò, divina Spiritus Sancti virtute edita, principi Demoniorum tribuere, & nomine Beelzebub infamare non exhorruerunt. Matth. 9, 34. 12, 24.

46. Sic peccarunt Iudeorum Pontifices, qui plus quàm Diabolico odio in Christum perciti, ut veritatem agnitam obruerent, Christiq; gloriam omnibus modis opprimerent, eò proruperunt impietatis & malitiæ, ut custodes sepulchri Domini, Resurrectionem Christi ex mortuis nunciantes, largitionibus corrumpere, & egregijs mendacijs instruere ac subornare non dubitarint. Matth. 28, 11. & seqq.

47. Sic peccarunt Iudæi apud Ieremiam Prophetam cap. 44, 15, 16, 17. & nonnulli ex illis, qui cum resistere Spiritui Sancto per Stephanum loquenti haud possent, malitiosè tamen & doctrinam, quam à DEO esse non nesciebant, oppugnare, & ipsum Stephanum interimere maluerunt Act. 6, 10. & 11.

48. Eodem modo peccat tota fermè hodierna Iudeorum sex, que de Præsentiissimo Messie adventu plus millies, vel proprio etiam cordis ipsorum testimonio convicta, & personam & doctrinam

doctrinam